Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



BREVIS

tur sum. Ego ero illi in patrem et ipse
erit mihi in filium. Et cum iterum
introducit primogenitum in orbem ter
ra dicit. Et adorent eum omnes an
geli dei. Et ad angelos quidem dicit
Qui facit angelos suos spiritus et mi
nistros suos flammam ignis. Ad filium
autem. Thronus tuus in seculum se
culi virga equitatis virga regni tui
Dilexisti iustitiam et odisti iniquitatem
propterea unxit te deus deus tuus oleo
letitie pre participibus tuis. Et tu in
principio domine terram fundasti et o
pera manuum tuarum sunt celi. Ipsi
pibunt tu autem permanebis et omnis sicut
vestimentum veterascent. Et velut op
ertum mutabis eos et mutabuntur
tu autem idem ipse es et annii tui non defi
cient. Ad quem autem angelorum dixit
aliquando sede a dextris meis quo adusq
ponam inimicos tuos scabellum
pedum tuorum. Nonne omnes sunt
administratorii spiritus in ministerium
missi propter eos qui hereditatem ca
piunt salutis.

II

Propterea habundantius op
tet nos obseruare ea quæ audi
uimus ne forte superfluamus
Si enim qui per angelos dictus est sermo
factus est firmus et si omnis preva
ricatio et inobedientia acepit iusta
retributionem mercedis quomodo nos
effugiemus si tantam neglexerimus
salutem. Que cum initium acepis
set enarrari per dominum ab eis qui audi
erunt in nos confirmata est contes
tante deo signis et prodigiis et
partitionis et variis virtutibus et spi
ritus sancti distributionibus secundum
suam voluntatem. Non enim angelis sub
iecit deus orbem terre futuri de quo loq
mur. Testatus est autem in quodam
loco quis dicens. Quid est homo quod
memor es eius. aut filius hominis quo
niam visitas eum. Minuisti eum pau
lominus ab angelis gloria et honore co
ronasti eum et constituisti eum super ope
ra manuum tuarum. Omnia subiecisti
sub pedibus eius. In eo enim quod omni
ei subiecit nihil dimisit non subiectum
ei. Nunc autem necdum videmus omni
ei subiecta esse. Eum autem qui modico
quam angelis minoratus est videmus
ihesum propter passionem mortis gloria
et honore coronatum ut gratia dei pro
omnibus gustaret mortem. Decebat
enim eum propter quem et per quem omnia
qui multos filios in gloriam adduxerat
auctorem salutis eorum per passionem
consumari. Qui enim sanctificat et qui
sanctificantur ex uno omnes. Propter
quam causam non confunditur fratres eos
vocare dicens. Annunciabo nomen tuum
fratribus meis in medio ecclesie lau
dabo te. Et iterum. Ego ero fidens in
eum. Et iterum. Ecce ego et pueri
mei quos dedit mihi deus. Quia ergo
pueri communicauerunt carni et sanguinem
et ipse similiter participauit eisdem
ut per mortem destrueret eum qui ha
bebat mortis imperium. i. diabolum
ut liberaret eos qui timore mortis
per totam vitam obnoxii erant seru
tutis. Nusquam enim angelos apprehendit